

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Nicodemi Frischlini Rebecca**

**Frischlin, Nicodemus**

**Altorfii, 1611**

Actvs V. scena I.

[urn:nbn:de:bsz:31-138617](#)

GA. Quis  
nivem, t  
vendum  
istu totu  
I. Thaboni  
u aliad.  
ibi clarer  
a, quod  
latronis  
ixisti Sy  
2. Totida  
3.  
CH. Quia  
nta iuram  
: ratione  
etiam p  
CH, Me  
dare

daceat debet esse memorem  
GA. Novi, CH. Scitè igitur tu memor es. IS. Sa-  
tu historiarum est. GA. admodum  
IS. Eamus ergo intro, quia potare mihi tecum col-  
lubet.  
GA. Lubet adepol & mihi tecum: nam quod ti-  
bi, idem & mihi lubet.  
IS. Eamus ergo, atq; accumbamus, quoniam du-  
dum tempus est.  
Vos rustici nunc ite domum: revocabo vos in cra-  
stium.  
CH. Sed non ad prandium, neq; ad cœnam: ne er-  
retis forsitan.

## ACTVS V. SCENA I.

Eleasarus, Cario.

Senarii.

**H**oc servi officium frugi atque boni est, face-  
re, quod  
Ego persequor. Nam qui servus servire hero  
Bene postulat, illum multa in pectore suo  
Prudenter collocare oportet, quæ suo  
Placere hero presenti atq; absenti, censeat,  
Non somnolentus sit, non vecors, non piger:  
Aut si dormit, ita dormiat, servum ut simul  
Se cogitet, & se officio exuscitet suo.

G 2 Ego

Ego certè, dum heri studeo negotiū,  
Somnum vix capio oculis, ita mecum gaudeo,  
Quod omnia tām prospere heri evenerunt mihi,  
Quare domum maturandum nunc censeo:  
Nęq; pigritia, aut somno multum hic dandum loci  
Sed ubi servi & cur nemo adhuc prodit & ubi nunc  
Illos perquiram in hū tenebris & Heus Sosia:  
Caro: tangon hic ostium: pulsabo: ubi  
Estū vos & heus, ubi estū vos & ecquis aperit?  
C.A. Quis tam graviter pepulit fores? EL. Hem,  
Caro (m.  
Experciscere, vigila. C.A. Vigilo, EL. surge ocy-  
C.A. Quid vis tām manē. EL. Surge, Camelos  
instrue,  
Vt, cū opus illū fuerit, parati sint viæ.  
C.A. Curabitur. EL. Et probè. C.A. siet. EL. sa-  
tin' hoc tibi  
Mandatum? C.A. sati. EL. Operam quoſo da,  
ne pigrum (here.  
Te, aut oscitantem inveniam. C.A. ne dubites  
EL. Ego hinc eo reversurus jam statim. C.A. abiit  
Hic, Proh Deum, quid homini in mentē venit, ut  
Tamsubito velit ex hoc percommodo loco  
Recedere & Evidem si me quicquam penes in hac  
Reſſet, ego menſem adhuc durare velim integrū.  
Adeo lauto ſumus excepti heri convivio  
Sed quid agam, niſi quod iuſſe ſum: Moſeſt he-  
70 Geren-

Gerendus. Abeo, cum domum redivero,  
Alto veterno has compensabo vigilias.

## ACTVS V. SCENA II.

Bathuel, Eleasar, Mulier,  
Labanus, Rebecca.

Septenarii, Trochaici, Catalectic.

C Vr obsecro, tam manè hospes? an etiam hac  
nocte commode

Dormivisti? EL. Sic satu. BA. Cur igitur non  
quieteras

(loci)

Paululum diutius? EL. Non otium est. nihil hic  
Segnitia aut socordia. BA. Non est segnities, de-  
bitam

Operam dare somno. EL. Est ita: sed nimis ho-  
mo nihili est: qui piger

(deceps)

Est: nimisq; id genus ego male odi. Vigilare con-  
Hominem qui sua vult conficere officia temporis,

haud enim

(suum)

Illum oportet exspectare, dum tandem se herus ad  
Suscitet officiu. Nam qui libenter dormiunt, sine

Lucro & cum malo quiescunt. BA. Sic est, ut di-  
cis: tamen

(omnia)

Hoc velim interim cogites: frustra hominem in-  
Semet excruciare, ubi non opus est. quid enim  
causa erat

F 3 Cur